

Quibus Hippocratis verbis ea sunt si-
 1. de facult. milia, quæ apud Gal. extant, dum ait:
 alim. cap. 1. Quemadmodum enim ex ijs, quæ à no-
 bis præparantur, nonnulla, quæ faculta-
 tem ac substantiam habent contrariam,
 componuntur: ita & natura ipsa, per-
 multa, quæ sensui simplicia apparent,
 comimiscuit: quod in plerisque alimen-
 tis comperias. Etenim non lens sola, sed
 & brassica, atq; adeò marina propemo-
 dum omnia, ὡς πανόρμητα, composita ex-
 pugnantibus facultatibus naturam sunt
 sortita. Nam solidum cuiusque corpus
 tardè permeat, aluumque sistit: humor
 verò stimulat ad excretionem. Ait etiā
 2. de Diæta Hippoc. οὐνοῦ, θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἔχει δέ τι καὶ
 num. 224. ναθαρικὸν δοτὶ τῆς ψυλης: id est, Vinum, ca-
 lidum est & siccum. Habet autē & pur-
 gatorium quid à materia. Caliditatē er-
 go & siccitatem ad formalem qualita-
 tem reducit: à materia verò pendere ait
 purgantem facultatem, terreā, subtili,
 adustā, quod, vt annotat Zuingerus, in
 Tartaro obseruare licet, non parua cum
 Chymicorū admiratione, mineralem
 quandam illius substantiam, quotidiana
 experientia deprehendentium. Sunt
 ergo